

14

578.

A. D. T. O. M.

CONSENTIENTE MAGNIFICO JCTORUM
COLLEGIO
DE

1653

9

9

MANDATO,
OBLIGATIONIBUS QVASI EX
CONTRACTU CONSTITUENDIS, O-
MNIBUSQVE IN GENERE DISSOLVENDIS.

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Amplissimo, & Excellentissimo

DN. GOTTFRIDO SVEVO,

Leor: Siles. J. U. D. Codicisque P.P. in Illustri hac Academia
Celeberrimo, Facultatis Juridicæ, curiæ Electoralis & Sca
binatus Assessore gravissimo.

Dno, Patrono ac Præceptore suo nunquam non venerando,
colendo,

publicè disputabit

JACOBUS ANDREAS CRUSIUS

Hannoveranus.

Ad diem Junii
In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS HAKEN.
1655.

20.



579.

A. D. T. O. M.
CONSENTIENTE M. N. I. E. C. O. J. E. T. O. R. I. U. M.
C. O. L. L. E. G. I. O.
D. E.

M. A. N. D. A. T. O.
O. B. L. I. G. A. T. I. O. N. I. B. U. S. Q. V. A. S. I. H. X.

C. O. N. T. R. A. C. T. U. C. O. A. S. I. T. I. U. M. O.
M. I. N. D. U. S. V. E. R. I. T. A. T. E. D. I. S. S. O. L. V. E. N. D. O.

T. R. A. N. S. I. D. E.

G. O. T. T. F. R. I. D. O. S. V. E. R. O.

U. N. I. V. E. R. S. I. T. A. T. I. C. A. S. I. E. N. S. I. S.
C. O. L. L. E. G. I. I. U. M. P. R. O. V. I. N. C. I. A. S. I. A. C. A. D. E. M. I. A. E.
C. O. N. S. T. I. T. U. T. I. O. N. I. S. P. R. O. V. I. N. C. I. A. S. I. A. C. A. D. E. M. I. A. E.
P. R. O. V. I. N. C. I. A. S. I. A. C. A. D. E. M. I. A. E.

D. N. O. P. A. T. R. O. N. O. S. E. P. R. O. V. I. N. C. I. A. S. I. A. C. A. D. E. M. I. A. E.
C. O. L. L. E. G. I. I. U. M.

g. b. b. s. s. p. m. s. s.

J. A. C. O. B. U. S. A. N. D. R. E. A. S. C. R. U. S. I. U. S.

I. n. s. t. i. t. u. t. i. o. n. e.
M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.
I. n. A. m. b. u. r. g. o. C. o. m. m. u. n. i. t. a. t. e.

V. e. r. i. t. a. t. e.
I. n. J. o. h. a. n. n. e. s. b. e. r. g. i. i. n. g. e.
1. 7. 5. 7.





GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE

THESIUM JUSTINIANEARUM
VELITATIO DECIMA QUARTA.
DE MANDATO, OBLI-
GATIONIBUS QUASI EX CONTRACTU CONSTI-
TUENDIS, OMNIBUSQUE IN GENERE DISSOL-
VENDIS.

In Audit.
JEtorum.
Ad d.
Maji. Ann.
1655.

Quam
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO, D.

& P.P.
instituet

JACOBUS ANDREAS CRUSIUS, Hannov: Sax.

THES. I.

Mandatum (a) cum officium (b) humanitatis conti-
neat (c), mercedem averfatur (d).

(a) Contractus, Jurisgentium, nominatus, bonæ fidei, quã-
tum ad obligationem attinet, solo consensu constans. Dicim9,
bonæ fidei contractum esse, quoad obligationem, ex quã o-
mnia præstanda sunt, quæ ex bona fide in talibus contractibus
præstari oportet. quantum ad Executionem attinet, stricti Ju-
ris est mandatum, ejusque fines strictè custodiendi sunt. §. 8.
Inst. b. t. Solo consensu constat, Ideo per nuntium quoque aut
per Epistolam suscipitur mandatum. l. 1. §. 1. ff. b. t. Quanquam,
probationis gratiã ut plurimum in Scripturam conjiciatur; cū
de mandato dato & suscepto vix aliter constare possit;
Substantiam tamen ipsius mandati, non ingreditur scriptura.

Ad rubr.
§. ult.
Inst. Mād.

(b) minus recte tamen alii definiunt mandatum per officium,
A quia



quia ipsum mandatum non est officium, sed hoc saltem defer-
tur per mandatum. *Harpr. ad pr. f. b. t.*

(c) ne deserantur eorum negotia, quibus ipsi præesse neque-
unt: Nam & morbus & ætas & necessaria peregrinatio, itemq;
aliæ multæ causæ sæpe hominibus impedimento sunt, quo mi-
nus rem suam ipsi exequi possint, ait *Imp. in pr. f. de iis per quos
ag. poss.*

(d) amicitia enim contraria est merces. Et mandatum, nisi
gratuitum sit, in aliam formam negotii cadit, incipitq; esse
locatio & conductio mercede constituta. Imò generaliter regu-
lam hanc constituit Imperator in §. ult. *Inst. b. t.* Quibus casu-
bus, sine mercede suscepto officio, mandati sive depositi con-
trahitur negotium, ijs casibus interveniente mercede, locati-
onem conductionem contractam intelligi: Idemq; Exemplo
probat; si fulloni, polienda, curandave, aut sarcinatori sar-
cienda vestimenta quis dederit; nullâ mercede constitutâ, ne-
que promissâ, mandati actionem competere. Cui postremo
haud abstat, quod dicitur in §. i. *Inst. de Locat.* nullâ mercede
constitutâ fulloni vel sarcinatori, actionem Præscriptis verbis
dari. Nam in d. §. ult. *Inst. b. t.* merces neque data neque promissâ
erat; & promiserat, qui vestimenta polienda aut sarcienda
dederat, se tantum daturum, quantum postea inter eos conve-
nerit: Quanquã a. in contractu mandati, merces nõ inteveniat,
honorarium tamen pro præstito officio rectè datur. *l. 6. pr. ff.
mand.* tum quia & in deposito gratis res custodienda datur *l. i. §.
8. & seqq. ff. depos. & §. ult. f. b. t.* & tamen in remunerationem re-
ctè precium depositionis, non quasi merces, accipitur *l. 2. §. 24 ff.
vi bon. rpt.* tum quia honorarium & merces differunt *l. i. pr. ff. si
mens. fals. mod. dix:* cum hæc & facta locari solita respiciat & pro-
portionata sit operæ, quorum neutrum in honorario proprie
obtinetur. Sed quam actione petendum est honorarium vel
Salarium promissum, actione mandati, An vero extra ordinem?
Sanè, salarium incertæ pollicitationis, neque extra ordinem
rectè peti potest, neque Judicio mandati, ut salarium constitua-
tur; ait *Jctus in l. 56. §. 3 ff. mand.* Sed salario certo promisso,
quã

quã actione petendum sit, quãritur; Et verius est, Extra ordinem peti debere: *l.1.C.mand l.7.ff.eod.* Nam petitioni Salarii neque directã actio mandati neque contraria applicari potest, cũ illa domino detur, hæc mandatario quidem, de rebus tamen quã occasione mandati ipsi absunt. At, si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio, ait Jctus *l.6.pr.ff.h.t.R.* est mandati actio non obstante, quod honor intervenerit, cum alias mandatum gratuitum esse debeat, & id dubium ibi decidere voluit Jctus, non tamen de Salario, sed de cõteris rebus, quã Judicio mandati petuntur. Ideo non dicit ibidẽ Jctus quod mandati actio competat de salario, vel honorario promisso; sed in genere, quod mandati actio sit; scil. de rebus illis; quẽ in mandati actionem vel directã vel contrariam veniunt, *Hunn.lib.3.V.R.tr.7.p.4.q.6.*

THESES. II.

Variis modis (a) potest contrahi mandatum, & ad varios fines (b) & de variis rebus (c) modo non turpes (d) sint, aut legibus exceptã (e).

Ad §.1. & seqq. l. h.t.

(a) Vel expressẽ vel tacitẽ, si geri ab alio sua negotia sciat, nec contradicat, vel generaliter de omnibus negotiis, idque cũ libera aut sine libera, quorum illud alienandi potestatem involvit, hoc non item, vel specialiter ad certam causam, vel in judicio vel extra illud; ad negotia utrobique expedienda.

(b) vel mandantis tantum gratia, puta ejus solius negotium gerendo *§.1.l.h.t.* vel mandantis & mandatarii, quales casus in *§.2.l.h.t.* quos, utpote sub obscuros expositos vid. *apud Mynsing. ad §.2.l.h.t. lit. c. d. e. & alios.* Vel neutrius, sed aliena tantum. *§.3.l.h.t.* Vel mandantis & aliena. *§.4. d. t.* vel mandatarij tantum gratia, putã si cui mandem, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quãm fœneres vel ex diverso, ut fœneres potius, quã in emptionem prædiorum colloces; quãle Exemplum, huic speciei accommodatum, proponitur in *§.6. Inst. h.t.* quã species tamen potius consilium est, quam mandarum. *§.6. Inst. h.t. l.2. §. ult. ff. eod.* quod sine fraude prolatũ, dicentem non obligat, licet alteri non expediat, propterea

A 3 nec

nec obligatorium est, Nam ex consilio suo, nemo obligatur mandati; *d. §. 6. & consilii non fraudulentum, nulla est obligatio dicit Ictus in l. 41. ff. de Reg. Jur.* Qui consulit, non obligat sibi alterum, nec mandatarius, sive cui consulitur; ad id tenetur, vel adigi ullâ actione potest; ut impleat, vel exequatur consilium; E. nec qui consulit; alteri obligabitur, ne actus ultra intentionem agentium aliquid operentur. Si tamen dolus & calliditas in consilio intercesserit, de dolo actio competit; *d. l. 47. ff. de Reg. Jur.* Sicut & tunc ex Consilio, obligatur, si vel impulsio quædam accedat & alter alias facturus non fuisset. *l. 6. §. 5. ff. mand. Hæn. Disp. Inst. 17. t. b. 9.* vel mandantis sive consulentis quædam utilitas versetur, quod fit interdum, si vel certa persona demonstratur, puta si mandavi aut consului, ut pecuniâ Titio fœnerares, quo casu, juxta Sabini sententiam, obligatorium esse mandatum obtinuit. *§. 6. in fi. b. t.* vel si, ut consultum expediatur, consulentis interfit, qualis casus in *l. 32. in fi. ff. mandat.* His casibus ex consilio vel mandato oritur obligatio. Nam si quis impellat aliquem aliâs non facturum id vel sui vel tertij causâ fieri præsumitur; imo ad fraudulentam persuasionem propius accedere videtur, ex quâ calliditate quis obligatur. *d. l. 47. ff. de Reg. Jur.* Si certa persona demonstratur, puta ut quis Titio fœneret: subsistit mandatum; tum quia in mandatarii & tertij gratiam contrahitur. *§. 5. Inst. b. t.* tum quia mandantis hoc casu, saltem in consequentiam interest, Titio fœnerari pecuniâ, & non alii; quando autem mandantis, quocunque modo interest, nascitur obligatio. *d. l. 7. §. 5. ff. b. t. vid. Bachov. in comm. Inst. b. t. d. §. 6. Dn. Frantzke Exerc. II. quest. 6.*

(c) Quæ sub expeditionem humanam cadunt & possibles sunt naturâ & Lege. Nam, ut in alios, ita & in hunc contractum, res tantum honestæ veniunt & in definitione mandati subintelliguntur, adeo, ut, verba: de honesto negotio expediendo, addi non opus sit. Non enim possunt nec opus est, omnia in definitione exprimi quæ sunt in definito. Et in contractibus & aliis semper subintelligitur: objectum illud rei honestæ: cû rerum turpium nulla sit obligatio, nullum commercium. Sic
quan-

quando pactum definitur in *l. 1. §. 2. ff. de pact.* quod sit duorum pluriumve in idem placitum consensus, non opus est, ut placitum honestum exprimat. cum id sui naturam præsupponatur, & pacta quæ turpem causam continent, nullâ sint *l. 27 §. 4 ff. de pact.* Et quando nuptiæ vel matrimonium definitur, quod sit viri & mulieris conjunctio. *§. 1. Inst. de Pat. pot.* non est ut addatur, conjunctio legitima; hæc enim subintelligitur, & concubinatus, aliave illegitima conjunctio, nuptiarum sive matrimonii nomen haud meretur *§. 12. Inst. de nupt. v. d. Arum. Ex. 15. ib. s.*

(d) puta de furto, damno, aut injuria facienda, non enim est obligatorium mandatum, quod contra bonos mores est. *§. 7. I. b. t.* taliaque nec facere nos posse credendum est. *l. 15. ff. de cond. Inst.* Ideo si mandatarius de furto, damno vel injuriâ conventus, poenam aliquam præstiterit, adversus mandantem nullam habet actionem; ut enim ex proprio delicto, quod mandatum admisit, obligatur mandatarius, ita & delicti illius poenam, solvisse censetur.

(e) sicut olim merum Imperium, quod Legis erat non proprium Magistratus, ideo tanquam alienum quid, mandari non poterat. *l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est. J. dicit. l. 70 ff. de R. I.* nisi lege absentia, *d. l. 1. ff. de off. ejus. Vult. ad §. 2. 3. 4. 5. b. t. vid. Fachin. lib. 9. contr. 99.* ubi de Jure Can. idem defendit. Hodie cum jure Magistratus competat Imperium merum, sive potestas gladii & Jus gladii, secus est, ex Regula *d. l. 1. ff. de off. ejus. Sc. Tr. 1. D. 3. t. b. 6. lit. g.* & mandari potest quoad cognitionem & executionem, ex justa præsertim causa. *Ordin. Crim. Carol. V. art. 2.*

THESES. III.

Quamquam autem rei turpis mandatum nullum sit (a) ad poenam tamen obligat (b) mandantem & mandatarium (c).

ad §. 7. I. b. t.

(a) *§. 7. I. b. t. & ib. preced.* adeo ut nec mandans adversus mandatarium directam actionem habeat, neque hic adversus illam contrariam, ne quidem ad repetendum, quod admissi, ex mandato, delicti nomine præstiterit ut modo dictum. *§. 7. I. b. t.*

A 3

nihil.



nihil enim occasione mandati ipsi abesse, sed proprii delicti poenam præstare censetur.

(b) tum Reip. tum parti, cui nocitum est, ne & delicta maneat impunita, & innocenti damnum temere inferatur. Si quidem mandatum nullum est saltem ratione obligationis & actionis inter contrahentes. *Arum. ex. 15. tb. 8.*

(c) ita ut uterq; eadem poena afficiatur, cum in utroq; & animus delinquendi & actus concurrat propriè quidem & proximè in mandatario & executore; remotius autem & quoad propositum delinquendi, in mandante. *l. 11. §. 3. & seqq. ff. de injur. §. 11. l. de injur.* Unde, Ex: gratia mandator coedis pro homicida habetur, nihilque interfit occidat quis, an causam mortis præbeat, censente JCto in *l. 15. ff. ad L. Cornel. de sicar.* dum tamen mandatarius ita deliquerit uti mandatum erat; Nam si de vulnerando saltem mandavit alter, addito ne occidat, si occiderit mandatarius is solus ordinaria homicidij poena plectendus est, non mandans, in quo animus occidendi deest, neq; culpa, quæ quidem hic præsto est, cum scire debebat, plagas non ad mensuram inferri posse, ad condènanndū aliquè ex *L. Cornel. sufficit.* Nec est, si ex *d. l. 15. pr. ff. ad L. Cornel. de Sicer. oppugnes*; mandantem hoc casu, mortis causam præbuisse: & sic occidisse: Nam R. tunc procedere regulam, si mortis causam directo & dolo malo intenderit; quale propositum non habuit, qui saltem percutere jussit: nec mortis causam præbere voluit, dum prohibuit expressè, ne interficiat. *Arum. Ex. 15. tb. 9. Hæn. d. l. 17. tb. 10. & seqq.* Coeterum mandantem in loco delicti commissi censeatur, verius est, & communius ad exemplum contractus, jussu aut voluntate mea in alio loco celebrati. *l. 19. §. 3. ff. de Judic.* ubi homo provincialis, servum institorem, mercium vendendarum causâ Romæ habuit; & ex ejus contractu, se Dominus ibidem defendere debet. Ideò quod Romæ contractum, perinde habendum, ac si cum Domino contractum esset. Et quanquã in casu delicti mandati; diversæ censeantur esse obligationes; mandantis & mandatarij, ut proinde dicendum videatur, mādan-

dantem per se obligatum ex mandato, vel in loco domicilii, vel in loco in quo mandatum dedit, puniendum esse, non obstante aliqua delicti connexitate attamen cum mandans, per mandatarium ipse deliquisse intelligatur; rectius in loco delicti punietur, ut exemplum poenae ibi sit, ubi culpae extitit; & ut solatio sit cognatis & affinibus interemptorum, eodem loco poenam reddita, in quo latrones homicidia fecissent: qua ratione Jctus Callistratus utitur in l. 28. §. pen. ff. de poen. vid. Facb. 9. cō. 1707. 25.

THESES. IV.

Mandatarius ut fines mandati non excedere [a] ita diligentiam in exequendis rebus exactissimam (b) adhibere debet.

(a) §. 8. l. b. t. Nam stricti Juris est mandatum quoad executionem, quamvis meliorem mandantis conditionem facere, aut minorem summam, quam mandator voluerat, ad rem e. gr. emendam impendere possit, non tamen & majorem, quia illo casu adest voluntas mandantis, qui in majore summa minorem quoque complexus est. Hoc vero deest, Ideo si excessit fines mandatarium, pro concurrente summa, quae in mandatis erat, habet quidem actionem mandati, ex benigniori sententia, contra strictum jus Sabinii & Cassii. §. 8. l. b. t. pro excedente non item, Sabinianorum & Cassianorum sententia quam refert Jctus Paulus in l. 3. §. ult. ff. mand.; quae negabatur mandatario, ultra statutam summam vel quantitatem ementi; omnis actio, etiam ad concurrentem summam, etiam si paratus sit id quod excedit remittere. d. §. ult. stricta nitebatur ratione: quia fecerat mandatarius, quod mandatum non erat; Et hac ipsa transgressione, mandatum mox exspirasse; nec mandatarius, mandantis sed proprium negotium gessisse censetur; Ex mandato itaque, quod nullum fuit & evanuit, actionem mandati non intentabit; Sed vicit benignior sententia, diversae Scholae Autorum, Proculi nimirum & Nerva, quam Gajus refert in l. 4. ff. mand. nec

nec ratione destituitur. Nam qui usque ad 100 aureos emere jussus, pro 120. aureis emit, in aliquo tamen jussui & mandato paruit, dum 100 aureos expendit; quoad hanc quantitatem, nihil legit contra mandatum, mandans, 100 aureos impendi voluit; eoque mandatum duravit, ideo æquum est, hos 100 aureos ex mandato erogatos vel promissos, solvi vel repeti per actionem mandati. Sicut in stipulatione: si quis 10 interroganti, 5. respondeat; valet tamen stipulatio & actio datur ad concurrentem summam 5. aureorum. *l. 1. §. 4 ff. de V. O.* ex quo declaranda est, quod in genere dicitur in §. 5. *Inst. de inut. stip.* inutilem esse talem stipulationem; id est, quatenus non est apte responsum; valere tamen, quoad 5que aureos; eatenus enim aptè responsum est: dum quid 10 stipulatur etiam 5que stipulari intelligitur, de quo supra, de stipul. & fidejuss. Sed quid jam de summa excedente: puta 20 aureis, quos promisit aut expendit, mandatarius, qui pro 100 saltem aureis emere jussus erat; Remittere eum posse, quòd excedit dubium nullum est. *d. l. 3. §. ult. ff. mand.* Sed quid si nolint remittere, an actionem habebit? Negamus, quicquid enim ultra & contra mandatū, voluntatem & consensum Domini vel mandantis gestum est, id invitum eum obligare non potest ex mandato. Sed annon actionem negotiorum gestorū dabimus ob summam excedentem? Ita voluerunt quidem Martinus & Faber. utili negot. gest. actioni locum hīc esse: Malè; quia Actio illa non datur si ventante domino gestum sit. *l. ult. C. de neg. gest.* quod hīc ab excedente mandatario factum esse censetur, neque per indirectum ad mandantis injuriam induci debet remedium, quo teneatur ad præstandum id, quod extra mandatum ipsius alter gesserat. vid. *Bach. in comment Inst. ad d. §. 8.* Aliud est si excedentem summā; puta ex utilitate sua gesto negotio, ratā habeat mādans; tunc enim actionem mandati competere, ambigendum haud est; cum rati habitio comparetur mandato; & ad initium actus retrotrahatur, perinde ac si ab initio ex mandato gestum fuisset, & is qui ratum habuit, quod gestum est, obstringatur actione mādati. *l. 60. ff. de Reg. Jur.* Ex quā rati habitio mādās quoque actionem
habet

588.
habere aduersus mandatarium; vid. Cujac. lib. 12. obs. 34. Ceterum, quanquam excedere fines mandati non liceat, ex iustâ tamen interpretatione, mandati extensio fieri potest; puta si quis mandatum habeat ad vendendum vel locandum; idem rectè extenditur ad venditæ vel locatæ rei precium accipiendum. l. quod seruus 35. ff. de solut. idque ex præsumptâ mandatoris voluntate. vid. Hen. disp. Inst. 17. tit. 13. Harprecht. ad §. 8. Inst. h. t.

(b) & sic levissimam culpam præstare, solo casu fortuito excepto. l. 13. C. mand. omnem enim diligentiam profiteretur, nulla propriæ utilitatis habita ratione, dum sponte suscipit negotium, nec quicquam in ejus administratione neglectum ac declinatum, culpâ vacuum esse scire debebat. l. 21. C. mand. quod dum non advertit, certe non officium exhibitum damnosum ei est, sed culpa & negligentia; cuius merito poenas luet. Et frustra in contrariam sententiam allegatur Exemplum depositarij, & tutoris; quorum uterq; gratuitâ operâ præstat, perinde ac mandatarius, ille tamen de latâ, hic de levi tantùm culpâ tenetur. Nam Respondemus. diversam utriusque à mandatario rationem esse. In deposito sola custodia, In mandato, magis accurata in expediendo diligentia requiritur: Majorem ergo operam pollicere censetur, qui rem expediendam tantùm, qualis ipsi tradita est, suscepit; In tutore quoque diversissima ratio est, isque de levi quidem culpâ tantùm tenetur; l. 3. §. fin. ff. de suspect. tut. l. 7. C. arbitr. tut. quia sæpe invito tutela, tanquam publicum munus imponitur. pr. Inst. de Excus. tut. l. 6. §. 15. ff. de Excus. Ad mandatum verò suscipiendum nemo cogi potest; quod si suscipiat; omnem omninò operam, adeoque exactissimam diligentiam adhibere, & levissimam quoque culpam præstare debet. Nec est si dicas, mandatarii nullam esse utilitatē, adeòque definiendum id ex l. 5. §. 2. ff. commod. & dolum & latam culpam præstandam esse. Nam regula illa non procedit in eo qui aliena negotia gerenda suscipit, & quidem volens, ut ita meritò non solum exacto officio quod vocabulum frustra captant dissentientes in l. 21. C. mand. verùm exactissimo gerere
B
debeat,

debeat, omnem diligentiam adhibendo & omnem, etiam levissimam culpam præstando, sicut in *d. l. 21.* exactum officium in verbis seqq. satis exponitur quod nihil quicquam in administratione neglectum ac declinatum, culpâ vacuum sit vid. *Tr. 1. D. 27. t. b. 7. lit. C. Arum. ex. 15. t. b. 10. Harpr. ad §. 8. l. b. t. n. 21. Forst. de act. disp. 5. t. b. 11.*

THESES. V.

Solutio mandato (a) oritur Actio Mandati directa (b) & contraria (c).

ad §. 1. §. 3.
l. b. t.

(a) Puta revocatione à parte mandantis. §. 9. l. b. t. quæ tamen si re non amplius integra fiat, actionem contrariam non aufert mandatario, ne ei facto mandantis iniqua conditio inferatur, contra *l. 74 ff. de R. J. Renunciatione* si re resignatione à parte mandatarii, tempestivâ tamen, juxta §. 11. l. b. t. ne mandatarius temere consilium suum mutet in alterius injuriam contra *l. 175 ff. de R. J. morte* si re mandantis si re mandatarij, §. 10. l. b. t. licet de ijs quæ ante mortem, & quæ post mortem ab ignorante, gesta sunt, aut à sciente quidem, cum tamen vel connexa omninò prioribus fuerint, vel mandatarius putaverit, se post mortem quoque mandantis, ad implendum mandatum teneri; actio mandati, omninò duret; *d. §. 10. Inst. b. t. ibiq. Bachov. in comment.* Justa enim & probabilis ignorantia mandatario damnum afferre non debet. *d. §. 10* & si quod gerendum adhuc est: prorsus connexum fuerit ei, quod gestum est: omni certè ratione, & ob utilitatē heredum mandantis; negotium absolvet. Nec error Juris denique nocebit ei, qui, non solum putans mandatum, morte mandantis in gerendo prosecutus est officium: cum sæpè constitutum sit, errorem Juris in damno vitando nihil nocere. *l. 47 ff. mand. l. 7. §. seq. ff. de Jur. §. fact. ignor.* Coetetur deportatus etiam mandare potest, eique datur actio mandati cum is & communionem Juris gentium retineat, *l. 17 ff. de pænis* & bona post deportationem quæ sita. *l. 22. §. 5. ff. mand.* ad id, ut actiones, quas ipse exul intentare nequit, alteri vendat aut cedat. *Arum. ex. 15. t. b. 7. Rober. D. 17 t. b. 12.*

(b)

(b) quæ datur mandanti, Quid si Principalis, non mandaverit sed saltem ratum habuerit, quod gestum erat? An mandati, an negotiorum gestorum actionem habebit. Posterius affirmandum, per *l. 9. C. de neg. gest.* ubi in casu quo quis pecuniam à debitore, Principalis exegerat isque deinde solutionem illam ratam habuerat negotiorum gestorum actio dari dicitur. Idemque decidi videtur in *l. 6. §. 9 ff. de neg. gest.* At cur non actio mandati datur? siquidem rati habitio comparatur mandato *l. 60. ff. de Reg. Jur.* R. ex rati habitioe oritur actio mandati, contraria nimirum, quæ datur mandatario adversus rati habentem; quam solùm intendit Jctus in *d. l. 60. ibi*, si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione: A parte mandantis verò ex rati habitioe, non actionem mandati directam nascit, sed negotiorum gestorum, placuit. *d. l. 9. C. de neg. gest.* Ita Greg. Lopez. Animadvers. Jur. civ. c. 31. n. 2. quem sequitur Hillig ad Don. lib. 15. c. 15. lit. c. ubi & aliorum varias conciliationes recenset. Pro Lopezio autem & suâ sententiâ, hanc rationem reddis, quod rati habitio secuta ei, qui gessit, novam actionem, mandati nimirum, parere possit, non autem Domino rati habenti, ne is facto suo alium nolentem sibi obliget. adde Riem. Decad. 17. Ill. QQ 6.

(c) quæ datur mandatario adversus mandantem ad petendū id, quod occasione mandati & ex pediti negotii, ipsi abest, sive ab initio mandatum intercesserit, sive postmodum saltem ratum habuerit mandans quod gestum est, de quo casu loquitur, *l. 60. ff. R. J.* cum hîc rati habitio retrahatur, & mandatum à parterati habentis ab initio extitisse faciat.

THESES. VI.

Negotiorum gestor (a) in iis quæ gessit (b) de levisima culpa tenetur (c) regulariter (d).

(a) qui alterius absentis & ignorantis negotia gerit sine mandato, si enim aut scientis, aut mandantis negotia gerantur, Actio mandati oritur. Ex illa autem negotiorum gestione,

B 2

nasci-

ad §. 1. l. de
Oblig. que
quæ ex
contractu
nasc.

591
nascitur obligatio quasi ex contractu, quod rectius dicitur,
quam ex quasi contractu *Vult. ad pr. l. de oblig. que quasi ex contr.*
ubi & rubricam *Inst. de oblig. que ex quasi delict.* eodem modo
informandam censet, *de oblig. que quasi ex delict. nasc.*

(b) Non item de gerendis, sive de iis quæ non gessit, sufficit
enim, si cui, vel in paucis, amici labore consulatur, siquidē pro-
pria gestoris voluntas, administrationis finem facit *l. 20. C. de
neg. gest.* Et in hoc alia ratio est negotiorum gestoris, à tutore
& curatore; quibus necessitas muneris, administrationis finem
non propria voluntas facit, ideò de gestis & gerendis tenen-
tur. *d. l. 20.* Quod si tamen, negotiorum gestor vel inceperit
gerere, & postea destiterit, vel animo omnia gerendi accesserit,
vel alius omnia gesturus fuisset, nisi ipsi se implicasset, tam de
gestis, quam de gerendis eum teneri verius est, juxta distinctio-
nem Bartoli, secundum quam explicandæ *l. 6. §. ult. ff. de negot.
gest. l. 17. §. 3. vers. ut accidit ff. commod. Arum. ex. 15. t. 12. Pac. 2. Enæ
54.*

(c) Nam ad exactissimam quisque diligentiam compellitur
reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibere, qua-
lè suis rebus adhibere solet, si modo alius, (quod semper præ-
sumitur) diligentior eo commodius administraturus esset ne-
gotia *§. 1. l. de oblig. que quasi ex contractu.* quæ verba, non limita-
tionem continent ut volunt *Tr. 1. D. 10. d. 5. lit. C. D. Hæn. D. Inst. 17.
t. 17. Arum. ex. 15. t. 11.* Sed ipsam illam descriptionem exactis-
simæ diligentia, quæ est in *§. 2. l. quib. mod. re contrah.* in quo, si
illa verba, *si modò alius diligentior & c.* non involvunt limitatio-
nem, utiq; nec in hoc *§. 1. Inst. b. t.* eandem involvere poterunt:
At prius illud extra omnem controversiam positum est. Acced-
dit, quod major semper sit obligatio, à parte ejus, qui se obtulit,
quod patet Exemplo depositarij, qui, dum deposito obtulit se,
ad culpam quoque & custodiam tenetur *l. 1. §. 35. ff. de pos.* Cumque
aliàs culpa sit immiscere se rei ad se non pertinenti *l. 36. ff. de Reg.
Jur.* & is qui sine mandato negotium alienum gerendum susci-
pit; præsumptione summæ diligentia id facere censeatur, me-
ritò, si frustratus deinde talem spem & præsumptionem fuerit
ad

592.
ad omnis culpæ præstationem obligabitur. *Hilleg. cum Don. suo 15.*
lit F Riem dec. II. q. 7. Dn. Ungepaar. Ex 12. Q. 8. in Ajo.

(d) Nam si sola affectione coactus, ne bona alterius distrahatur, nec quasi alienis se temere implicaturus, & omnem diligentiam professurus, negotiis alterius se obtulerit, dolum duntaxat præstat quæ sententia habet æquitatem, ait Jctus in l. 3. §. 9. de neg. gest.

THESES. VII.

Tutor vero de neglectis & gerendis tenetur quidem
(a) non tamen de levissima culpa (b).

(a) *Tr. 2. D. 9. ubi 5. lit. b.* omnibus enim modis indemnes esse debent pupilli, & tutori, non propria voluntas sicut negotiorum gestori, sed necessitas muneris administrationis finem facit. *ad §. 2. l. b. s.*
ut antea dictum ex l. 20. C. de neg. gest. Est & favor hic pupillorum insignis, qui ipsi per ætatem se defendere, suaque gerere non possunt §. 1. *Inst. de tutel. §. 6. Inst. de Attil. tut.* Et malè ageretur, cum pupillis, si tutor de vis saltem rationes reddere teneretur, quæ gessit vel administravit, non de ijs quæ non gessit, & neglexit: cum negligendo negotia; pupillorum, sæpe damno irreparabili eos involvant.

(b) cum invitus accedat negotijs pupillaribus, sed de levitantum l. 4. l. 7. C. arbit. tut. de quâ tamen nec hæredes tutoris tenentur, sed de lata duntaxat. l. 4. ff. de magistr. conven. l. 1. C. de hæred. tut. vid. supra Velit. 5. & 6. convenitur autem finitâ tutelâ actione tutelæ directâ, §. ult. I. de Attil. tut. §. 2. I. de obl. quæ quasi ex contract. Quod si tutor non fuerit, sed tamen protutore quis administrârit, itidem actione protutelæ conveniendus est, non actione negotiorum gestorum, quasi voluntarius negotiorum gestor, nisi forte is gesserit pro tutore, qui de jure tutor esse nō potuit, ut miles, & propterea non alia, quam negotiorum gestorum actione conveniri possit; l. 4. C. quidam tut. Contra & tutor adversus pupillum habet actionem tutelæ contrariam, si quid impenderit seq; aut res suas pro pupillo obligaverit §. 2. I. de oblig. quæ quasi ex contract. Et protutor actionem protutelæ

B ;

non

non negotiorum gestorum *l. pen. ff. de tut. & rat. distrab. l. 1. §. 6. de eo qui pro tut.* præterquam in casu *d. l. 4. C. qui dar. tut.* Breviter ab utrâque parte actio pro tutelæ directæ & contraria datur, quando vel ea persona est, cujus ætas recipiat tutorem; vel ea, quæ tutelam de Jure suscipere & gerere potest. Si persona tutorê habere non possit veluti si jam pubes sit, tunc is qui pro tutore, negotia quasi impuberis gessit, non habet pro tutelæ actionem quia nulla significatio est, ait JCtus in *d. l. pen. ff. de tut. & rat.* Sed erit negotiorum gestorum actio. *d. l. 1. §. ff. de eo qui pro tut.* Si quis de Jure tutor esse non possit, itidem actio protutelæ cessat: & negotiorum gestorum datur: veluti si miles; tutor legitimus existens aut testamento datus, errore ductus res administraverit, non protutelæ actione, cum, ne volens quidê, tutor vel Curator fieri possit, sed negotiorum gestorum convenietur. *d. l. 4. C. qui dar. tut.* Idem prorsus de foeminâ, extramatrem & aviam, dicendum est, si pro tutrice gesserint, cum id officii sustinere non possint. *l. 1. C. quand. mul. tut. off. dandam* in eas esse solummodo actionem negotiorum gestorum: Imò magis idest ex re pupillorum, siquidem in hanc actionem, levisissima etiam, in actionem tutelæ aut protutelæ, levis tantùm culpa venit; hæc th. lit. b. & thesi præced. vid. *Tr. l. D. 10, th. 3 lit. a. Hen. D. Inst. 17, th. 15.*

THESES. VIII.

Actio familiæ herciscundæ (a) etiam post longissimum tempus intentari quidem potest (b) tamen semel (c) tantum.

ad §. 4. l.
b. t.

(a) ad dividendam hæreditatem herciscere enim sive Herciscere antiquum verbum est, & idem quod dividere ab arcendo forte quia in herciscundâ familiâ, vel hereditate pars una ab alterâ, arcetur quasi, id est, separatur & dividitur. Joh. Schard. in Lexic. Et hæc actio familiæ herciscundæ est civilis cum ex *l. 12. tabb. descendat l. 1. ff. h. t.* duplex, est cum quilibet heredum & actoris & rei personam gerat. *l. 2. §. 3 ff. eod.* Actor tamen erit qui

qui primum ad Judicium provocavit. *l. 13. ff. de Judic.* mixta est. Partim in rem directa, partim in personam, ob præstationes personales. *§. 20. Inst. de act.* unde & obligationibus quasi ex contractu accensetur. *§. 4. Inst. b. t.* Bonæ fidei quoque actio est. *§. 28. Inst. de act.* Denique universalis est, ad dividendam universam hereditatem, & rationem omnium præstantionum personali-um & adjudicationum habendam directa. *vid. Wesenb. Par. ff. fam. hercisc. n. 2.* Sed quid, si testator, divisionem prohibuerit? Nihilominus ad divisionem provocare poterunt heredes, cum cõmunio discordias pariat, adeoque dispositio illa, delinquendi vel rixandi occasionem præbeat: Unde nec inter vivos induci potest perpetua communio, & si conveniat, ne omninò divisio fiat, hujusmodi pactum nullas vires habere, ait Jctus in *l. 14. §. 2. ff. comm. divid.* Interdum ipse testator, divisionem fecit, & ea tique servanda est, modò legitima salva maneat, ei, cui debetur. Et talem divisionem pater facilius facere potest, quæ susinetur, quocunque modo is voluntatem suam declaraverit; *vid. l. 16. l. 21. c. 26. C. fam. hercisc. Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 12. lit. b.*

(c) tanquam universale judicium, in quod simul & semel omnia jura hereditaria deducenda, sed si quid divisum non fuerit, communi dividundo agatur. *Vid. l. 20. §. 4. ff. fam. hercisc. ibiq. gl. in verb. gl. in verb. non potest. Wesenb. in π. fam. hercisc. n. 7. Hæn. disp. Inst. 17. tb. 19.* Si tamen consensu coheredum, nõ omnis hæreditas divisa, nec super divisione hereditatis, pronunciatum vel transactum sit Judicio familię erciscundę heredes experiri possunt. *l. 1. C. fam. hercisc. cum nec mens eorũ fuerit, universale negotium familię erciscundæ lulpere, ijque divisionem privatam absque sententiã vel transactione factam; retractare velle videantur. Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 11. lit. b.*

THES. I X.

Heres adeundo hereditatem (a) interdum quasi *ad §. 5. l. b.* ex contractu obligatur (b) interdum ex vero (c).

(a)

(a) id est voluntate, verbis vel facto declarata. §. ult. Inst. de hered. qualit. Et hanc voluntatem, jadeundi nim. hereditatem, eo ipso declarat heres, dum Procuratorem constituit; Rectissime ergo negativè deciditur illa Quæstio, qua quæritur, an hereditas per Procuratorem adiri possit; vid. Harpr. ad §. ult. Inst. de her. qual. Arum. Exerc. 7. in Parerg.

(b) puta coheredi suo. §. 4. Inst. de oblig. qua quasi ex contract. & legatariis, neque enim cum coherede, neque cum defuncto, hic ullum negotium gestum est, quod in contractum aut maleficium incidat. §. 5. Inst. de.

(c) puta creditoribus hereditariis, hi enim cum defuncto gesserunt negotium, in quod eodem modo succedit heres l. 49. ff. de oblig. & Act. eadem actione conveniendus, non Actione ex testamento, Arum. ex. 15. tb. 13. Bachov. ad d. §. 5. Foman. D. 24. tb. 15. lit. b.

THES. X.

ad §. 6. &
ult. l. h. t.

In debitum (a) repeti potest (b) modo non solum error ejuris (c) aut ex causis in quibus inficiando lis crescit (d).

(a) nullo jure debitum, quod ob intentionem contrahentium distrahere obligationem, non contrahere volentium, quasi contractibus. §. 6. Inst. h. t. ob effectum, quatenus ex reali demum numeratione indebitum solutum dici potest, veris & quidem realibus contractibus annumeratur. §. 1. Inst. quib. mod. re. Duo itaque agi videntur in solutione indebiti, alterum expressè; ut dissolvatur obligatio, alterum tacitè, ut compert veritate, restituatur, quod indebitè solutum in debitum recepit, quasi ex contractu obligatur. d. §. 6. Inst. h. t. Bachov. in comm. Ibid.

(b) per conditionem indebiti. d. §. 1. t. t. ff. & C. de condict. indeb.

(c) puta, si in testamento imperfecto legata relicta sint, & heres putet, ea ex tali quoque testamento solvenda esse; cum autè quis, Jus ignorans, indebitam pecuniam solverit, cessat repeti-

titio dicitur in l. 10. C. de Jur. & fact. ignor. (d) quas re-
 ceniet Imperator in §. ult. l. b. r. & plures Giphanius ibid. & Vul-
 tej. ad § sed furci 26. l. de Action. calum formant glossa ad d. §. ult.
 in verb Ex Lege Aquilia, Mynsing. Hotom. & Heig. ibid Et noviter
 Arum. Ex. 15. th. 16. cui accedimus, ratio prohibita conditioni-
 nis, vel quod lex hoc casu, omne quod solutum est faciat de-
 bitum, vel quod quasi ex transactione tanquam justa debiti-
 nis causa solutum esse censeatur adeoque nec reperi possit. ?
 l. 65. §. 1. ff. de condit. in deb. Wesenb. ad d. §. ult. Hotom. d. loc. Fomann.
 D. 24. th. ult. lit. b. Cessat quoque repetitio indebiti, in ijs, quæ
 pietatis causâ, vel pœnæ nomine soluta sunt, vel ab eo, qui na-
 turalitèr ad solvendum obligatus erat; Sola enim naturalis
 obligatio, inhibet soluti conditionem. l. 13. l. 19. ff. de condit. in
 deb. licet effectus hic naturalis obligationis, in quibusdam per-
 sonis, putà in pupillo, sine Tutoris autoritate contrahente, &
 in foeminâ citra renunciationem JCTi Vell. intercedente. l. 29.
 l. 40. ff. eod. tit. quo effectui inspecto dicitur à JCTo, has personas
 nec naturâ debere. De quo, ut & potissimum de casu in §. ult.
 Inst. h. t. ubi inficiando lis crescit; supra clarius egimus. Felit. II.
 th. 7.

THE S. XI.

Solutione (a) jus quod debetur (b) & quantum ad pr. I.
 debetur (c) in loco destinato (d) licet ante tempus (e) quid. mod.
 facta tollitur obligatio (f) toll. obl.

(a) sive principalis debitor ipse fecerit, sive alius, ex manda-
 to vel administratione, pro sciente, ignorante aut invito pr. I.
 b. t. (quæ anquam hoc casu ad repetendum cesset actio l. f. C. de
 neg. gest.) sive facta fuerit creditori principali, sive adjecto l. 59.
 Inst. ff. de solut. §. 4. de inut. st. p. confer. ea quæ de Adjecto statum
 mutante habet. Hunn lib. 3. Var. Resol. tract. 8. q. 4. sive alius ex
 causa mandati vel administrationis.

(b) non enim aliud pro alio solvi potest invito pr. I. b. t. nec
 æstimatorio pro ipsa re debita, aliud enim est res, aliud æstima-
 tio §. 6. Inst. de Legat. In mutui contractu idem genus, sive res e-
 jusdem naturæ & qualitatis reddenda est, pr. Inst. quib. mod. re-
 6 con-



contrab. Qui itaque frumentum vel vinum debebat, pretium ejus invito Creditori obtrudere non potest. nisi vel æstimatio sit in obligatione *l. 57 pr ff. de solut.* vel res præstatur ultra non possit *l. 22. ff. de R. cred.* In calu d. l. 57. ff. de solut. aliquis 10 stipulatus erat in melle: adeoque mel. 10 aureis æstimatum; in ipsam obligationem deductum erat; veluti cum dicimus, *Er sol 10 Gulden werth Honig geben:* In d. l. 22. ff. de *Reb. cred.* pro vino pretium vel æstimatio solvitur; quia idem genus vini, tunc amplius haberi vel solvi non poterat; quanquam & d. l. 22. de Creditore, qui pretium vel æstimationem recipere maluit exaudiri possit. Alia huic assertioni contraria diluunt *Harpr. ad pr. Inst. quib. mod. re contrab. n. 182. & seqq. Huon. lib. 3. Var. Resol. tract. 8. quest. 1. Arum. Ex. 12. tb. 10. Hæn. D. 13. q. 4.*

(c) nam in toto debito liquido pro parte non recte solvitur. Invito *l. 41 ff. de usur.* De utraque hæc questione. An nimirum aliud pro alio, & an particularitèr invito Creditori solvi possit; plenius dictum est supra *Velit. II. thes. 5. lit. e. & f.*

(d) Exempli enim ratio minimè finit, usuras in urbe numerandas, alio loco dependi, rescriptis Imperator in *l. 8. C. de solut.* cum & commoditas sit Creditoris in loco convento solvi, quæ ipsi invito interverti haud debet. Per actionem tamen arbitriariam, is qui certo loco solvere promisit, etiam in loco domicilii conveniri potest. *l. 19. §. si. ff. de Judic.* adeoque duplex forum sortitur, qui promisit, tum in loco, in quem solutio destinata est, tum in loco domicilij, vid. *Donell. ad l. centum Capua ff. de eo quod cert. loc. Arum. Exerc. 16. tb. 4.* Ita & qui Insulam Capuæ certo tempore stipulatus est, eo finito, quocunque loco agere, potest, in id quod interest. *l. 43. ff. de Judic.*

(e) id enim pro debitore adjicitur *l. 17. ff. de R. J.* nisi aliud conventum sit & tempus Creditoris in gratiam adjectum fuerit. *l. 122 pr. ff. de V. O.* vid. *Riemer. Decad. II. Quest. 9.* & ea, quæ de hæc Quæstione supra dicta sunt. *Velit. II. thes. 5. lit. g. d. Velit. II. tb. 5.*

(f) pr. *l. b. t. quib. mod. toll. oblig. tum principalis, tum accessoria, tum civilis, tum naturalis. l. 59 ff. de condict. indeb.* Pignus quoque & hypotheca solvitur: *l. 97. ff. de solut.* frustra enim hoc

one.

598.
onere affecta durat hypotheca, causâ nimirum extinctâ & nexu
per solutionem interempto. Fidejussore solvente, etiam reus
sive debitor principalis liberatur; *d. pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.*
in fi. scil. quoad ipsum Creditorem, non quoad fidejussorê; qui
ex causâ mandati, vel actione à Creditore sibi celsâ; debitorê
obligatum convenire potest.

THESES XII.

Sicut naturaliter (a) ita civiliter quoque tollitur
obligatio, acceptilatione (b) sc. & Novatione (c).

ad §. 1. §. 3.
l. ht.

(a) per solutionem sc. th. preced. & contrarium consensum.
in contractibus nimirum, qui solo consensu constant; & sic
eodem modo, per contrarium consensum dissolvuntur. *l. 35 ff. de*
Reg. Jur. Ita in contractu Emptionis venditionis, re nondum
sequutâ, id est, neque pretio soluto, neque re traditâ: contrario
consensu discedere possunt contrahentes. Pretio vero, vel tra-
ditione sequutâ, retraditione opus erit. *S. ult. Inst. quib. mod.*
toll. oblig.

(b) quæ juris Civilis est, à quo sustinetur in vim imaginariæ
solutionis *S. 1. Inst. b. r.* Ulu tamen Juris Gentium esse dicitur in
l. 8 S. ult. ff. de acceptil. quatenus & omnes obligationes, facta
prius, per Aquilianam stipulationem, novatione tollit. *S. 2. Inst.*
b. r. Arum. Ex. 16. th. 11. Et quovis modo, etiam naturali & gen-
tium tantum Jure obligatos liberat *Bachov. in comm. Inst. ad d. S.*
1. Est etiam acceptilatio actus legitimus *l. 77. ff. de R. J.* Ideoque
nec diem nec conditionem admittit. *l. 4. S. 5. ff. de accept.* quia in-
star solutionis, obligationi præsentem interitum afferre debet,
ut ait *Hotom. Ill. quest. 34.* nec procuratorem, nisi is prius novet
obligationem, eamque per novationem in se transfundat, &
deinceps per acceptilationem tollat. *l. 13 S. 10. ff. b. r.* Ex quâ expli-
canda est. *l. 3. ff. eod. de mandato, scil. non ad acceptum feren-*
dum, sed ad novandum dato Cujac. 5. obs. 36. Durius, licet ad eun-
dem sensum in d. *l. 3. pro, sine mandato, sine novatione,*
legit *Hotom. Ill. quest. 34. Tr. 2. D. 29. th. 4. lit. b. ibid.*
Bachov. Arum. Ex. 16. th. 12. Coeterum inutilis acceptilatio, an uti-

C 2

le

le pactum habeat, quærit & affirmativè decidit Jctus in *l. 8. pr. ff. de acceptil.* idque ideo, quia licet inutilis sit acceptilatio, ob naturalem tamen consensum; qui in eo fuit, ne petatur, pactum utile, facilè sustinetur; unde signanter Jctus in *l. 23. §. pen. ff. de pact.* ait, si acceptilatio inutilis fuit, tacitâ pactioe id actum videtur, ne peteretur. Limitationem addit Jctus in *d. l. 8. pr.* nisi in hoc quoque contra sensum sit: id est, nisi partes voluerint, ne quidem, ut pactum utile valere talem acceptilationem. Hancque Florentinam lectionem contra vulgatam, defendit *Arum. Exerc. 16. th. 13.* Alia ratio est stipulationis inutilis quæ vim pacti utilis non habet. *l. 1. §. 2. ff. de V. O. l. 1. §. 4. ff. de pec. constit.* cum hic agatur de obligando, in acceptilatione verò, de liberando, ad quod priora sunt Jura; de quo ut & diversitate lectionis. vid. *Gothofr. in Not. ad d. l. 8. lit. m. & seq.*

(d) quæ fit vel interventu novæ personæ, & dicitur delegatio, vel manentibus iisdem personis, aliud quid novi est in posteriore obligatione. § 3. *Inst. quib. mod. toll. obl.* Et dicitur Novatio in specie. Utraque autem, sublatis, quæ olim expendendæ erant, præsumptionibus, de Jure novo expressa esse debet ac declarari à partibus, quod specialiter remiserint priorem obligationem, & hoc expresserint, quod secundam eligerint. *Lult. C. de novat.* quàm in hunc sensum eleganter inducit & restituit *Gothofred. in not. ibid.* De delegatione autem *d. l. ult.* quoque intelligendam esse, inde firmatur, quod & in genere de novatione, cujus species est Delegatio loquatur; tum quod personæ mutæ mentionem faciat in *pr. d. l. ult.* quod delegationem importat. Neq; enim id præter mentem Imperatoris de persona fidejussorum accipet quis cum *Bachov. ad Treutl. 2. D. 29. th. 6. lit. a. in fin. & Riem. dec. 11. q. ult.* vid. *Dn. Carpzov. lib. 5. tit. 9. Resp. 105 ad de Schifordegh. ad Ant. Fab. lib. 2. tr. 5. per tot.* Olim quoq; de Jure ffortorum, in quibusdam casibus animum novandi, specialiter exprimendum fuisse; satis probatur ex *l. 58. ff. de obl. & Act. & rectè defendit Arum. Exerc. 16. th. 16.* An denique pœnalis stipulatio priorem obligationem novet; quæritur, quod negam; cū *Arum. d. Exerc. 16. th. 15.* de quo vid. quæ supra diximus *Velit. 12. th. 5. lit. d.*

ADDI.

abo.

ADDITAMENTA.

I.

Qui commendavit aliquem de opulentiâ; ei tutò credi posse, eum esse solvendo er sollte ihm die Wahren nur folgen lassen/solte ihm nur borgen/were guttes vermögens würde wol bezahlen: non tenetur ex mandato, aut fidejussione; aliud enim est mandare, aliud commendare, & commendandi magis hominis, quàm mandandi causâ id dixit: ait Jctus in *l. 12 §. 12. ff. mand.* Et fidem quidem commendato procurare non autem suam pro eo obstringere voluit. ultra intentionem itaq; commendantis, actus hic aliud operari non debet. *l. 19. pr. de Reb. cred.* Quod si quis, cum sciret alterum facultatibus labi, sui lucri causa eum adfirmavit idoneum esse meritò adversus ipsum, cum decipiendi gratiâ falsò laudaverit alium, de dolo Judicium dandum est, Jctus respondit in *l. 8. ff. de dol. mal.* Pupillorum tamen favore specialiter receptum est ut si quis commendaverit & affirmaverit saltem tutores esse idoneos; (qui inde affirmatores dicuntur in Jure;) fidejussorum vicem sustineunt. *l. 4. §. ult. ff. de fidejuss. tut.* ut eo magis indenes maneant pupilli, Imò & Magistratum interest, eos tanquam fidejussores teneri; ut ab actione subsidiariâ, quæ alias in ipsos datur, interim liberentur.

II.

Turpissimũ mandati genus est, quod ad occidendum hominem datur, in quo si, nulla interveniat merces; Eâ autem interveniente; in specie dicitur Assassinium, *Tiber. Dec. Tr. crim. lib. 9. c. 31.* homicidium conductitium; & scelus execrabile, uti vocat Pontifex in c. 1. de homicid. in 6. quando scil. quis ad instantiam alicujus pretio vel mercede conductus alium occidit: ab Assassinis sive Parthicis populis, qui & Asacidæ dicti; & in gratiam Religionis Mahumetanae Christianos hoc modo occidere solebant: Dicitur autem Assassinus tum, qui pretio dato

C 3

vel

vel promisso, occidi mandat alterum, tum qui accepto pretio homicidium perpetravit; licet alii mandantem, Assassinatorum; mandatarium vero, Assassinum in specie nuncupent. *Damboud pr. Crim. c. 83. inf.* Horum tantam frequentiam fuisse dicit Pontifex in d. c. 1, ut nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint securitatem ab eorundem Assassinorum, Domino impetrare. Quod etiamnum in Italia circa Banditorum quos vocant, colluuiem, usu venire, peregrinantes, experientur. Cum itaque Assassinium atrocius longè sit homicidio: ob pretium interveniens, quo solo, non irâ vel odio commotus, quis alium occidit, meritò etiam graviori pœnâ coercetur, & Assassinator sive mandans gladio punitur, cadavere ejus postmodum rotæ imposito, Assassinus autem sive mandatarius ipso Rotæ supplicio plectitur. Plura de crimine hoc ejusque ad pœnam ordinariam infligendam requisitis vid. *ap. Petr. Theodor. in Coll. Crim. disp. 7. hb. 4. lit. A. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 1. quæst. 19. ubi n. 58* eandem pœnam obtinere ait, quando Assassinus non perfectit homicidium, ad actum tamen eidem proximum accessit; puta ad insultum, invasionem, percussionem; vel si in via publicâ aut loco ad homicidium destinato, Assassinus expectaverit: *Eventus autem non responderit.*

III.

Vidua sumptus in funus mariti erogans, Jure communi, negotium heredum gerere non pœsumitur, nec eos ex hæreditate repetere potest, cum ex pietate in maritum potius, quàm animo repetendi erogasse cœseatur, nisi de eo potestata fuerit; *l. 14. §. sed interdum 7. ff. de relig. & sumpt.* Jure Sax. verò vidua, funebres has impensas faciens, ex hæreditate mariti, non minus ac alii repetere potest; licet potestata de super non fuerit; Si tamè copia heredis haberi possit, tutius faciet vidua, si cù cõsensu ejus impensas erogat. *Landr. lib. 1. art. 22. ibi, mit seinem Rath soldie Frau das Begräbniß bestellen. vid. Dan. Moller ad Const. Bl. 28. p. 1. n. 19. & seqq. adde Coler. p. 1. decis. 199.*

IV.

Sicut pupillo tutor obligatur, & tam de commissis vel male gestis, quàm de omissis sive neglectis tenetur, usque ad culpâ
ni-

Por.

nimirum latam & levem, non item levissimam, uti supra dictum in thesi 7. Ita pupillus vicissim ipsi obligatur ad omne illud, quod occasione administratæ tutelæ ipsi abest. Ideo sumptus in litem, aliasq; necessitates pupilli erogatas, tutor ejusque heredes à pupillo rectè repetent; *l. 1. §. item sumptis 9. ff. de tut. & var. l. 3. §. 8. ff. de contrar. tut. & util. act.* licet absque Decreto Prætoris erogaverit, bonâ fide: Id enim Justitiâ potius, quàm auctoritate firmatur, ait Imper. in *l. 3. C. de admin. tutor.* Salarium tamen pro labore & studio petere non potest tutor, gratuitam enim integram & abstinentem omni lucro fidem præstare debet, dicit Jctus in *l. 38. ff. de neg. gest.* Ex Justâ verò causâ Magistratus tutori Salarium constituere non prohibetur. *l. 33. §. ult. ff. de admin. tut.*

V.

Fratres vel coheredes, licet indivisam parentum hereditatem longo tempore habuerint, si tamen alteruter, durante communiōe extra causam communiōis, aliunde quid acquisiverit; id in commune nequaquam redigendum est. *l. cum duobus 52. §. si fratres 6. ff. pro soc.* permanendo enim interim in communiōe hereditatis, non censentur societatem universorum bonorum contraxisse; nisi specialitèr id actum fuerit. Sed an id, quod ex pecuniâ communi, ab alterutro extra causam communiōis quæsitum est; in commune redigendum erit. Neg. ex Rescripto Imp. in *l. 4. C. Comm. utr. Jud.* Nam hic etiam omnium bonorum societas contracta non intelligitur, partem tamen pecuniæ reperit alter, actione in personam. Ita in simili, res meâ pecuniâ empta, non est mea, sed e mentis. *l. 6. C. de R. Vind.*

VI.

Circa familiam heriscundam, modus ille. Major dividet Minor eliget. Jure Can. inductus *c. 1. X. de paroch. & alien. paroch.* & in Imperio, generali consuetudine receptus teste Mynsing.
6678.

603.
cent. 4. obs. 37. Jure Sax. quoque approbatus est Landr. lib. 3. art. 29. & Const. El. Aug. 15. p. 3. & observatur inter Nobiles cives & rusticos, attamen duos tantum. Moll ad d. const. 15. n. 5. in bonis non tantum allodialibus, sed etiam feudalibus ex communi Interpp. Sax. opinione. Berlich. p. 3. concl. 21. n. 21. Quod si masculus & foemina concurrant, masculus indistinctè sive major sit sive minor eligit, & foemina auctoritate tutoris vel Curatoris eligit. d. const. 15. idque ob favorem agnationis, ob conservationem familiarum & bonorum penes familiam. Rauchbar p. 1. quest. 41. n. 14. ex qua ratione eandem dispositionem extra Electoratum Sax. obtinere, rectè dixeris cum Dn. Carpz. ad d. Const. 15. def. 7. Interdum vel feudum, vel prædium hereditarium, divisionem commodè non recipit. Quo casu, facta aestimatio, minori electio competit, an pretium accipere, aut eo soluto prædium vel feudum retinere velit; ne favor, qui Jure communi pro minore inductus est; ipsi adimatur.

VII.

Tenetur utique heres tum Legatarijs tum Creditoribus hereditarijs; Intervallum tamen temporis indultum est, & de Jure civili intra 10 dies de Jure Sax. intra trigessimum à morte defuncti, ex personam defuncti conveniri, aut ulla molestia ei fieri non debet. Auth sed neg. C. de sepulch. viol. Landr. lib. 3. art. 15. Imò nec ipse heres ante trigessimum possessionem hereditatis apprehendere debet licet rerum servandarum causam ingred. ante trigessimam liceat, citra potestatem tamen disponendi Landr. lib. 1. art. 22. Aditam hereditatem licet non confecto inventario, nunquam tamen ultra vires hereditatis tenetur heres de Jure Sax (secundum de Jure civ. ut supra suo loco dictum) unde eodem Jure post aditam hereditatem, eandem iterum abdicare potest. Si inventarium aut juratam specificationem Creditoribus exhibeat ac rationes reddat; Hoc enim stante præsupposito, quod heres illo Jure non tenetur ultra vires, nihil omnino interest Creditorum, per quem ipsis fiat satis, sive per heredem, sive per Curatorem bonorum; In quam sententiam in Collegio nostro
lapi

Coq.
sapius responsum memini. Idque prolixius deducit. *Dn. Carpz.*
lib. 6. Resp. 73.

VIII.

Solutione simpliciter facta ab eo, qui ad sortem & usuras quoque obligabatur, id quod solutum est, prius in usuras; residuum vero in sortem imputatur. *l. 5. §. 2. vers. quod generaliter l. Titia 48. ff. de Solut. l. 1. in fi C. eod.* Presumitur enim Creditor; sortem potius integram retinere quam ante acceptas usuras, aliquid particulatim in sortem accipere velle; vid *H. Pist. lib. 3. quest. 21. n. 25.* Si plura & diversa sint debita penes debitorem est, in quam causam solvere velit. *l. 1. pr ff. de Solut. l. 1 C. eod.* Si nihil dixerit debitori, creditor eliget, in quam causam, quod solutum est, acceptum velit; Si neuter quid expresserit, in graviolem causam semper solutum censebitur. *vid. l. 97. ff. de solut. & plenius, Hartm. Pist. & quest. 25. per tot.*

SOLI DEO GLORIA



Veritatem sequere
XV. inveni p. 344.

203.

capitulum respondit. Ad hoc prolixius adducit. De Capis. No. 1. 177.

VIII. Solenne facit. Ad hoc prolixius adducit. De Capis. No. 1. 177. Solenne facit. Ad hoc prolixius adducit. De Capis. No. 1. 177. Solenne facit. Ad hoc prolixius adducit. De Capis. No. 1. 177.

SOLENNIS GLORIA


ULB Halle
005 826 829


3



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

179

14

578.

A. D. T. O. M.
CONSENTIENTE MAGNIFICO ICTORUM
COLLEGIO
DE

1653

9

MANDATO,
OBLIGATIONIBUS QVASI EX
CONTRACTU CONSTITUENDIS, O-
MNIBUSQVE IN GENERE DISSOLVENDIS.

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Amplissimo, & Excellentissimo

DN. GOTTFRIDO SVEVO,

Leor: Siles. J. U. D. Codicisque P.P. in Illustri hac Academia
Celeberrimo, Facultatis Juridicæ, curiæ Electoralis & Sca
binatus Assessore gravissimo.

Dno, Patrono ac Præceptore suo nunquam non venerando,
colendo.

publicè disputabit

JACOBUS ANDREAS CRUSIUS

Hannoveranus.

Ad diem Junii

In Auditorio Ictorum.

WITTEBERGÆ
Typis JOHANNIS HAKEN.
1655.

20.

